



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 23. Hieronymi Pragensis initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

macem atque excommunicatum denun- Sæcul. XV.  
tiat, eoquod termino præfixo non com- A. C. 1410.  
paruisset.

### §. XXII.

*Hussi cauſſa ad Pontificis tribunal  
revocata.*

Cum itaque Cardinalis præscriptas ju-  
dicii leges violasse diceretur, ac Pro-  
curatores Joannis Hussi ab ejus senten-  
tia ad Papam appellassent, Joannes XXIII  
totam cauſſam ad suum tribunal revoca-  
vit, aliisque quatuor Commissariis dele-  
gavit, nimirum Antonio Cajetano Car-  
dinali Aquilejensi, Cardinali de Bancra-  
tiis, Cardinali Veneto, & Francisco Za-  
barellæ Florentino.

### §. XXIII.

*Hieronymi Pragensis initia.*

Inter fidissimos Joannis Hussi discipulos *Balb. epit.*  
ceteris eminuit Hieronymus de Pra- *rer. Bohem.*  
ga, qui nec Religioso instituto, nec Ec- *pag. 420.*  
clesiastico Ordini adscriptus nonnisi Bac-  
calaureus ac Theologiae Magister erat,  
quem gradum Anno Domini millesimo  
trecentesimo nonagesimo nono adeptus  
est. Vir erat ferocis admodum naturæ,  
& valde satyricus, ceteroquin illum præ-  
claris

SæcVL. XV.  
A. C. 1410.

claris ingenii dotibus præditum fuisse, omnium Auctorum comprobant testimonia, quinimo affirmant nonnulli, illum scientiæ eminentia & argutia in disputando, ipso Joanne Husso superiorem fuisse. In plurimis & celebrioribus Europæ Universitatibus, veluti in Parisiensi, Heidlbergensi, Colonensi, & Oxoniensi sua emensus est studia, atque ab itineribus redux Joanni Husso sese associavit. Anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo a Rege Poloniæ ad instruendam Universitatem Cracoviensem evocatus fuerat. Ex Polonia in Hungariam profectus, hæresis postulatur; Hungaria vero excedens Viennam pervenit, ubi in carcerem conjectus exinde liberatus haud fuisset, nisi Universitas Pragensis pro eo intercessisset.

### §. XXIV.

#### *Joannis Galeatii Mediolanensem Ducis cædes.*

Bzov. an.  
1410.n.33.

Hoc eodem anno Joannes XXIII a pontenti & crudeli hoste liberatus est per obitum Joannis Mariæ Galeatii Mediolanensis Ducis, qui Gibellinorum factionis Antesignanus erat. Princeps iste in prima sua adolescentia furoris atque inhumanitatis monstrum dici meruit, cum propriam